[redacted]

[redacted] MVNERE CAPESSENDO [LICET
[redacted] habenas tractandas
[redacted] D. Gavinus

AD AMPLISSIMVM ET REVERENDISSIMVM IN CHRISTO

Patrem, GIORGIVM Archiepiscopum, Andrianopol.
[redacted]

[redacted]

Multis venerande mihi dignissime Præsul
Nominibus, qui fortunam virtutibus æquam
Andreæ, cui divina [redacted] vetus
Imperii, quem vno fulsit de fonte tonantem
[redacted]
Affatis, & blandis fermonibus illapsa mentes.
Si facilis fedum civilis tradis
Temporibus [redacted]
Nostra [redacted]
[redacted]
Mellifis donec [redacted] refulsit,
Obscura & spessi pendes ænigmata juris:
Sive bonas [redacted] vetas, seu falsa [redacted]
Simplicibus [redacted]
[redacted]
Mentis [redacted]
Dissidium [redacted]

A Cum

Cum primùm illustris ingenii flamma coruscæ.
Quamvis invidia philosophiæ, & obvia furvis,
Sed postquam emicuit, vimque agitata refulsit,
Dispulit invisas claro splendore tenebras:
Non secus ac Titan æquè cùm distat utroque
Cardine, vel nullas vel parvas conficit umbras.
Et Sol ut medio quondo est altissimus axe
Cogitur, atque jubar minimum glomeratur in orbem,
Sic tu fortunæ stans intra limina magnæ
Commissas dextrè & pressè moderaris habenas.
Ut doctus fidicen citharæ non dissona rumpit
Fila suæ, sed jam tendit, jam tentat remittit,
Artificique manu strepitum facit edere dulcem,
Discordes animos fraternum non viribus urges.
Non premis, at patienter animo linguæque catenis
Mollibus attentos tibi in tua vota ministros.
Pessimus imperii custos metus, altus aquum Rex
Non æstro, solâ sed majestate verendus.
Cùm tu tantarum solus sub pondere rerum
Strenuus invigiles, spartam quam nactus opimam
Virtute illustres, famâque incommoda cœtus
Legibus componas, magno sub Atlante Britanni
Alter ut Alcides sustentet atria regni,
Certe odiosus ego nimiumque videbor ineptus,
Si tua futilibus occupem tempora nugis.
Sæpè tuam fortasse fugit admiratio mentem
Non dedignatum modicum perpendere sortem
A te pendentis, neque unicè amantis amici,
Quòd semper taceam digitoque silentia signem,
Harpocratesve velut *Nilotica*, vel rana Scriphia,
Fidæ similis quam non stridere cicadæ

Fama refert, vulcani vocem lupus acer edomit.
Dicat nefastus quivis mea cuspide linguæ,
Indomitæ obliquum feriens, doctrina, nasum
Pythagoræ tantum quinos occlusit in annos
Vocis iter calidis linguæ quæ procacis ephebis.
Tu tria lustra file, magno molimine fusum
Plusquam Sisyphium volvens, in pulvere pensum
Grammatico ingrato, fastidia lenta pati asper.
Non aliter, fluidi comites prudentia *Ithyssi*,
Obliti patriæ & lotâ dulcedine capti,
Donec dux *Ithaci* similis, & vellere favo
Navibus in pandis affixa coegit obire
Munia, *Circæo* cerâ medicata veneno
Pocula traxiffi, cantusque ut falleret aures
Sirenum veluti scopulis illisus adhæres.
At alii, quos fortè domi tam curta supellex,
Præpetibus nisi pennis, & publica fama
Tympana pulsantes, caput inter nubila condunt.
Si vacat, & jubeas, Pierii reverendus, chori quæ
Gloria Pierii, nubivoum ignobilis ordi
Et nimium obscuræ cautis exprome vitæ,
Obsequar, & longæ verborum ambage remotâ,
Summa legum carpentem tantùm fastigia rerum.
Tempora uti & tardus queritur procedere luces
Pupillus, quem dura coquit tutoris iniqui
Improbitas, gaudetque statas transcendere metas
Decursis primi spatiis atrivibus ævi:
Sic atri soles infinitique pene videntur
Tempora, quæ gressum impediunt animoq; morantur
Ne scandam in sacram studio fervente cathedram.

Sed pater æterne, qui nutu & numine cuncta
Dirigis, invictum flectis & nihil esse fœrum
Inclusit tuto hoc, hinc in flentione locavit,
Respectò [& vinum modò non pernoctasset in obolo]
Dum claustra evellit, strictisque repugnia salvat
Carceris, atque dato jubet proruperè signo.
Sed Ephotes populi provincia sacra docendi
Infirmis onerata humeris, cui vitibus unus
Atque opus Hetruscis, animum sublatus, honesto totus:
Scilicet emundarit & mihi perforet aurem
Vox delapsa polo, *Effatis quis talenus illis!*
Exclamat, qui divisa vagantibus undis
Eloquii, crassis hominum contenebrata mentis
Pectora, & aversas lucis extinxere mentes,
Egit in obsequium fidei, gentesque rebelles
Stravit humi, valido ut fluctusque trophæa per orbem.
Nonne is, qui Asiæ pulsus de gente Tyranni
Asseruit populum duro sub fasce gementem
Cautesque linguæ vitium detrectat, & opus
Excutere impositum toti commune tumultu?
Quid Vates sancto quamvis agitante calerent,
Flamine, & haurirent cælestia fœtus mentis,
Quidnam illis animi? quoties præsentia summi
Numinis affulsit, vix dum tolerenda ministris
Cœlitibus, quoties liquidas horrenda per auras
Vox sonuit, per quam propriis emota latescit
Sedibus, & penitis tellus fremit ima cavernis,
Dirigere comas, confestimque timore,
Lunatis torpet, subduxit robora nervis?
Ergo egone audebo miserandus homuncio, & omis

Impuri

Impiri, manibus cbstringere fucra profanis,
Quem nulla tot vinguntfæ furdo verbere caudunt,
Quot Zephyro spicæ, Baccæ turbantur aveuæ:
Spiritus illi compressis follibus exit,
Et tumidis tunicis pervellens vocibus auras,
Quels fermo crudus rapido vehementior amne,
Et fidens omnes audacia lacrat habenas:
Sed quibus hi gaudere solent ego rusticus illis
Doribus erubeo, pudor inficit ora, timorque
Anxius est animo res imperiosa pusillo.
Præterea assidue redeunt mihi pectora curæ;
Non secus ac scopulos pelagi cum unda marinos,
Aut chartæ tineis corrumpitur alba malignis,
Et ligna occultis vitiata peredine marcent:
Non tamen hæc cura est [rerum pater optime, tecum
Te voco, qui tacitis scrutaris viscera flammis]
Ut mihi Tyrrhenis surgat domus ampla columnis,
Auratæque trabes vastique atria fagnis
Marmoreo demissa solo, aut Ephyreia vasa
Signáque sublatas ornent ad sidera moles,
Non ut progrediens loca publica, compita, fana,
Concelebrem magna disparus plebe clientum,
Neve ut Sidonio vestis mihi fulgeat ostro,
Non ut divitiæ, fulvique immensa metalli
Copia munitâ frustra suspiret in arca,
Et quæ præterea dulci medicata veneno
Perstringunt animos, vana splendore miselios,
Est mihi congesti jam post tria lustra gemelli
Portio, tantorum pretium non grande laborum,
Defraudans geminum parsi [nam verâ profari

Quid

Quid vetat J. unq; meo dirigere modulo ac pede mensus:
Agnosco studium & patrium, Deus optime, curam,
Non rebus nimium vis lascivire secundis,
Nec prorsum adversis vinci ceu ventis.
Undè ergo tirunculis pectoribus cura?
Partim naturæ vitio, quòd insurgere contra
Difficile est, clavis ut ferrum trabibus hæret
Nescia naturæ, deceptus nisi maximus Author
Porrigat, & læsum mirandis corrigat artes.
Nocte diéque etiam pectus mihi pungit & angit
Spes hominum certè meritis indebita nostris,
Cujus ut augurium pè vanâ illudat Imago,
Sæpè ferire caput digitisque mordere morsos
Cogor, & in varias animum distringere partes:
Da veniam fallo, nimioque ignosce timori,
Qui vegetas animi vires enervat, iterque
Obstruit hæretenus fingenique libere ipsi usum.
Iam vigor erectæ mentis rubigine læsus
Torpet, ut inculti marcent sine vomere campi,
Et vena ingenii quondam fœcunda benigni
Arida facta situ squalet, sanguisque juventæ
Defervens circum præcordia frigida languet.
Denique non quovis è ligno fingitur Hermes,
Nec cuivis sacram contingit adire Corinthum.
Si centum linguæ, si vox adamantina detur,
Non possem causas comprendere verborum omnes.
His causis velut in puteum demersa profundum
Mens hebet, & gravibus langues deprensa catenis,
Ista renidentem fulcant mihi nubila vultum,
Non secus ac spissis Coro glomerantes procellas

Sol

Sol latet, hæc faciunt: parvúmque hastámq; trementē
Abjicere, atque loco dare terga inhonesta fugātæ.
Spinarum hanc segetem, DEUS alme, evelle feraci
Cordis agro, atque herbas curis pravæ; fidei nocentes,
Ut VERBI gravidis crescant germina fœtis
Semina, nos plenóque beet bona copia cornu,
Et tua congestæ differdant horrea fruges.
Non equidem austeros animi detrecto sapores,
Namque semel succis os cùm vitiatur amaris
Dulce magis tenero tum mel solet esse palato.
Tu vanas moles & propugnacula mentis
Diruis, humani tabulatáque laxa cerebri
Dissicis, ut discant à te pendere, cibúsque
Tanti operis solidum soli transcribere laudem.
Ergo licet curis crucibúsque hinc inde fatiger,
Et circumveniar trepidi terroribus Orci,
Obfirmabo animum, manans nam fonte perenni
Gratia restituet defectis robora membris:
Marcorem ingenii, virésque agnosco pusilli
Corporis, ast ægræ præbet solatia menti
Summe pater nullo bonitas tua limite clausa,
Si quis purpureî pretiosa volumina Byssi,
Non gemmæ, rutilum nec habet quod conferat aurū,
Pelles atque pilos non dedignare caprinos.
CHRISTE æquæve Patri proles, qui lurida mortis
Spicula fregisti, missóque Acheronte superbo
Sub juga versutæ fudisti colla Echidnæ,
Ardentes prætende faces, & lumine puro
Caligantem aciem & mihi lumina cæca reclude,
Miranda ut videam sacræ mysteria Legis,

Da

[redacted]

[redacted]

HENRICVS DANCKERTS
[redacted]